

PIPRA STRIATA.



CHARACTER GENERICUS.

Rostrum capite brevius, basi subtrigonum, integerrimum, apice incurvum.

Pedes gressorii.

Lin. Syst. Nat. p. 338.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

PIPRA olivaceo-fusca, subtus flavescens, vertice nigro striis albis, loris luteis.

PIPRA striata.

Lin. Syst. Nat. Gmel. p. 308.

Lath. ind. orn. p. 558.

Licet Pipræ punctatæ, quam in hoc opere jam descripsimus, affinis admodum sit hæc avicula, ab illa tamen facillime dignosci possit capite plagis niveis insigniter striato. A fronte utrinque eminet macula aureo-flava perpulchra. Guttur quoque nitide flavum. Pennarum e quibus constat alula, ruberrimi seu phœnicei sunt apices. Novam Hollandiam incolit hæc avicula, et eadem est ei magnitudo ac pipræ punctatæ.

THE
STRIPED-HEADED MANAKIN.



GENERIC CHARACTER.

Bill shorter than the head, somewhat triangular at the base, bent at the tip.

Feet gressorial.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

OLIVE-BROWN MANAKIN, yellowish beneath: the top of the head black with white stripes: the lores yellow.

STRIPED-HEADED MANAKIN.

Lath. Syn. 2. p. 526. t. 54.

This bird is very closely allied to the *Pipra punctata* or speckled Manakin already described in the present work. It is readily distinguished at first sight from that species by the remarkable appearance of the white streaks on the head. On each side the forehead is a beautiful gold-colour'd spot. The throat is also of a bright yellow. The feathers of the alulet or spurious wing are tipped with carmine-colour. Its size is that of the *Pipra punctata*. It is a native of New Holland.



Lanius ludovicianus excubitorides (Aud.) by F. L. Audin. Dep. de l'Emp. France. Paris.